



ARNVLPHVS Carlomanni filius Nortmannus iterū
 tumultuantes ingenti superauit clade, captusq; prædæ dul-
 cedine, templa spoliauit, & cum xij. præfuiſſet annis, pedi-
 eulari morbo conſumitur, In hoc imperij maieſtas deſecit ad
 Germanos, quæ per annos centum fermè apud Gallos in-
 durauit. Quo mortuo principe Italia BERENGARI-
 VM Forouilienſem ex genere Longobardorum, Impera-
 torem eſſe uoluit. Galli uero & Germani LVDOWI-
 CVM Arnulphi filium ſucceſſorem creauerunt, qui an-
 nis præfuit ſex, cui CONRADVS Auſtri dux ſurro-
 gatus, & regnauit annis. vij. ſucceſſoremq; meruit HEN-
 RICVM Aucuparium Othonis ducis Saxonie filium
 annis: xvij. Quæ regnandi libido factiones pernitiſſi-
 mas aluit annis fermè. lx. ab Arnulphi iteritu uſq; ad Otho-
 nem primum.